



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CLXXXIX. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Albert, versichern
dem Kloster Dargun alles freie Eigenthum, welches demselben die
Pommerschen und Wendischen Fürsten verliehen haben, ungefähr im ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

gedruckt ungenau mit der Jahreszahl 1279 bei Lubewig (Reliq. Man. II. 250); ferner in der Historie der Pfalzgrafen zu Sachsen S. 207 und bei Buchholz (Gesch. der Churmark Brandenburg Bdt. IV, Urf. Anhang S. 110) und in der Albrechtschen Urkunden-Sammlung I, 369 Nr. CDIII.

CLXXXIX. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Albert, versichern dem Kloster Dargun alles freie Eigenthum, welches denselben die Pommerschen und Wendischen Fürsten verliehen haben, ungefähr im Jahre 1280.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Otto, Albertus, Otto, dei gracia marchiones de Brandeburch, omnibus in perpetuum. Cum dilectio dei pietas simul et honestas omnes homines ad hoc inducere debeant, ut viros religiosos promoueat et defendant, vt a causarum tumultibus exuti, in multitudine pacis et quietis liberi, solummodo uacent laudibus creatoris, maxime tamen principes terrarum ad hoc inclinari debent, quos deus intelligencia saniori illuminauit, maiori potentia firmavit diuiciisque amplioribus honorauit, vt eorum oracionibus adiuti sic transeant per bona temporalia, ut non amittant eterna. Hinc est quod ad presentes et posteros volumus peruenire, quod nos ob honorem dei et gloriose virginis Marie claustro Dargun Cysteriensis ordinis fratribusque ibidem perpetuo deo famulantibus omnem proprietatem, quam habent usque ad hanc diem a ducibus Pomeranie, Buchezlao videlicet et Cazimaro, Wartizlao ac Barnim, et a nobilibus dominis Slauie, Hinrico, videlicet de Werle filiisque suis Johanne, Nicolao, Burwino, Pribizlao et heredibus eorum, sicut priuilegiis suis probare possunt, quam isti sine consensu patris nostri dare non potuerunt prenominato claustro, liberaliter damus et presentibus in perpetuum confirmamus, ita dumtaxat vt si predictam proprietatem per mortem dominorum terre seu quocumque modo ad nos uel ad nostros heredes deuenire contingerit, nichil iuris in proprietate dicti claustri nos nec heredes nostri nobis addicere debeamus, sed fratres predictae domus tunc, sicut nunc, gaudere debent perpetua libertate. Vt igitur hec nostra liberalis donacio semper firma permaneat, presentem litteram inde conscriptam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Testes huius rei sunt.

Nach Lisch Meckl. Urf. I, 159. — Die Urkunde ist unvollendet, dennoch aber besiegelt und im Besitze des Klosters befindlich gewesen; daher doch wohl als ausgefertigt zu betrachten, welches Lisch bezweifelt.

CXC. Compromiß in Sachen der ver Wittweten Königin Kunigunde von Böhmen und des Markgrafen Otto von Brandenburg als Landesverwesers des Königreichs, aus dem Ende des Jahres 1280.

In nomine domini amen. Nos Chunigund etc. quod nos propter bonum pacis et plene concordie unionem, quam habere intendimus et volumus puro corde cum domino Othone, inclyto marchione Brandenburgensi, qui gerit vices domini Alberti, mar-